

*Habermann, Fredericus ?
Rindfleisch, Margarethe }*

Dn.
FRIDERICO
HABERMAN
&
MARGARETÆ
RINDFLEISCHIN,
Sponsis lectissimis,
AMICI
gratulantur.

1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
1

FRIDERICI HABERMAN
&
MARGARIDOS RINDFLEISCHIAE,
Sponsor. Vratislav.

nobilissimorum.

NUPTIIS S.
EPIGRAMMATION.



ANDIDA si PIETAS PIETATI nubit:
HONESTAS

Si dat HONESTATI ad pacta Hymeneja
manum.:

Ecquid Conjugio non progenerentur ab isto,
Tum meræ HONESTATIS, tum PIETATIS opes?
Coelicolas PIETAS; Homines devincit HONESTAS:
Provenit hinc NOMEN, provenit inde SALUS,
Provenit utrimq; ah exoptatissima proles!
DELICIUM unde Homini nascitur, unde DEO.
Talis HABERMANNO BUCRETIA nubit: HONESTAS
Et PIETAS ipso hoc foedere conveniunt.
Obenè conveniant! Quid ab ipso hoc foedere surget?
Quid? nisi DELICIUM, & NOMEN, & ipsa SALUS.

M. SIMON GRUNÆUS

Ecclesiar. in Lignic.

& Wolaw. Ducat.

Superintendens.



AD
D. DANIELEM RINDFLEISCH
BUCRETIUM,



Vid Natæ thalamo MARGARIDOS tuæ,
Quid nostros iterum sollicitas modos,
BUCRETI, Meditrinæ
Lumenq; & columnen tuæ!

Tu Phoëbo propior; Te Argolicæ suum
Legere & Latæ Castalides Ducem:

A te, fac, prius ipso,

A me quod petis, impetres,

Te Svadela suo nectare potitat;

Te Diæ Charites rore beant suo;

Et quo, Phocis, abundat,

Dulci te reficit vado.

A me nunc abeunt Musica, Musaq;

Et quæ sacra novo Numina sunt toro:

Nempe est Prochotrophejum,

Non Hæmus, mea nunc domus.

Heic Natos videas, heic male pupulis

Fædatos! querulo plangere lectulo:

Heic cum prole recenti

Matrem algere puerperam.

Non aptus meritis dicere laudibus

Virtutes animi, corporis & bonas,

Sponsorum quibus hoc par

Præ multis aliis nitet.

Dicent

Dicent hæc alii, de meliore queis
Effinxit cerebrum Mercurius luto:

Sijungam, sat erit fors,

Votis vota tuis mea.

Æternus faciat Conjugii Sator,

Jungendi ut licito federe Compares

Constringant sua porro

Nexu corda adamantino;

Qvos nec disfocient jurgia, nec furor;

Aut quidquid socias nutrit Erinnyas:

Quin qvos nec pote velox

Sit dissolvere Funera.

Contrà largiflua se benedictio

JHOVÆA ætheriis ex adytis manu

Demittens, loca cuncta

Et tecti & thalami impleat.

Sponsus nomine uti PACE POTENS, ita

Ipsa sit quoq; re: splendeat, UNIO

Ceu fulgens, Neonympha,

Non re, nomine ceu, minor.

Cum pace, ista suæ se uniat UNIO

PACIS DIVITIIS, atq; nepotulis

Te Patrem, sociumq;

Multa prole beet Virum.

CASPAR CUNÆDUS
Phil. & Med. D.

4. 3.

Qvis

Quis tuam, AVENARI, mentem arbitèr improbet
Propositumq; ratæ laudis egere sinat? (æqvus
Scilicet agnoscit Dea te Feronia aluminum;

Et vacat ingenium Mercuriale lucro.

Id nunc omnia aves dividere: mercibus ut præ

Omnibus obveniat MARGARIS una tibi,

MARGARIS Emmeliæ gremio concepta Parenti

BUCREADÆ, nuruum lux, rosa, gemma, Venus.

Euge! per omnigenas tua dide negotia merces:

Non merce hæc gravius merx dabit ulla lucrum.

M. LAUBANUS, Bregæ f.

A. C. 1616. XIX. Jan.

AD

D. DANIELEM RINDFLEISCH

BUCRETUM.

MARGARITAM E.

auspiciatò elocantem.

Felix terq; quaterq; liberorum.

BUCRETI, exhilarare MARGARITAM,

Decens, casta, venusta MARGARITAM,

Cui dulcedine cor potest paternum.

Hactenus roseæ genæ puellæ,

Hactenus pavidus pudor puellæ,

Mores hactenus aurei puellæ,

Paratum obsequium hactenus puellæ,

Prudens alloquiumq; MARGARITAM

Hactenus patrio voluptuosa.

Fuerunt animo, atq; opima quæq;

Sunt visa exsuperare dulcitatum.

Quin

Quin in omne arida sibi quod usquam
Prorsus concipiat libido mentis.

At nunc conditione luculentâ

Dum Natam Pater elocas, maritâ

Et das lege viri cati in cubile,

Hinc porro patrium beare pergit

Pectus Filia, nixibusq; crebris

Facundam seriem dabit nepotum:

(Sic nostri ex animo vovent Phaleuci.)

Hæc virtutis Avi sui sub altas

Magmentis subito levata nubes,

Hæres gloria, & eruditionis

Omnes faustiter est futura in annos.

Felix terq; quaterq; liberorum

BUCRETI, exhilarare MARGARITAM,

Decens, casta, venusta MARGARITAM,

Cui dulcedine cor potest paternum.

DE NOMINE SPONSÆ.

Muliebri sic est sæculum: URSULARUM

Ubiq; seges uberrima est:

Preciosa MARGARITAM merx rarissima.

M. DANIEL VECHNERUS

TRIA PRÆCIPUA REQUI-
sita Conjugii.

Ubi allusio ad nomina Sponsi & Sponsæ: deq; iisdem
explicatio cum voto.

Mar-

Margaris, usq; alio quæ Perla est nomine, mentis
Symbolon est pure & dulce pudicitia.

Ergo ubi MARGARIDI FRIDERICUS jungitur, illi hic
Junguntur PAX & CASTA PUDICITIA.

Dumq; habet hic nummos, frumenti aut germina, &
Confert huc Carnes; hinc ALIMENTA patent. (Illa)

Quid mage credis opus vitæ, sociande, jugali?
Hæc tria si fuerint, cætera subtile erunt.

Omne perfectum est sic horum, ex nomine sumto,
Conjugium: firmet, qui potis, ista Deus:

Addat & his fructus, fœcundi pignora lecti;
Et feros faciat cernere utrosq; dies.

Boni ominis ergo

recitavit

TOBIAS LIBALDUS
Phil. & Med. D.

Amicus Sponsi. **E**rgone, Avenari, Bucretia Margaris una est,
Ex tot cui dicas: Tu mihi sola places,

Formâ, divitiis, genere an præcellit ea omnes,

Jucundo optarunt quæ tuo amore frui?

Non lolium infelix metuis, sterilem nec avenâ,

Illius inculto ne dominetur agro?

Sponsus. Forma ac divitiis animus cum corpore in illa
Certant, quæ generis vis generosa fovet.

Inde mihi merito multis ex millibus una est,

Quæ forma ipsa mihi divitiæ atq; genus.

Quid metuâ ex ipsâ lolium, sterilem quid avenas,

Cum sit ager tantæ ex fertilitatis agro?

Ergone

Ergone Avenarius, Bucretia Margaris, unus Amica Sponsæ.
Est tibi, cui dicas: Tu mihi sole places?

Forma, divitiis, genere an præcellit is omnes,

Blando exoptarunt qui tuo amore frui?

Non metuis lolium infelix, sterilem nec avenas.

Ne tuo in inculto ex hoc dominantur agro?

Forma ac divitiis animus cum corpore in illo Sponsæ.
Certant, quæ generis vis generosa fovet.

Inde, mihi quos nosse datum est, ex omnibus unus,

Qui forma ipsa mihi divitiæ atq; genus,

Non metuo ex ipso lolium, sterilem nec avenas,

Dante Deo felix ipsi ero tritici ager.

Hæc, nos qui & nostros norunt, sunt vota bonorum,

Vota bona Ipsum det fata bona esse BONUM.

M. JOHANNES AB HÖECKELSHOVEN
Scholæ Magdaleneæ Moderator.

Ad Sponsum.

Sponsum quæ faciunt beatiores,

Slaudatissime Bromeander, hæc sunt:

Spes non tarda labore, sed parata:

Non ingratus Amor; Socer celebris;

Qui sano Pietatis ardet aestro;

Quo jus sub cerebro sedet Minerva;

Qui Phœbus facilem expedit artem;

Quem cunctis cata Comitæ probavit;

Qui cum delicia & sales morantur.

Sed dictis propiora rebus omne

B

Laudis

Laudis promeruerè punctum, & omnem
Mensuram thalami beatioris
Explant: Flore sacra wigens iuventa
Virgo, quam probitas & ipsa Matris
Virtus postrema finxit & coronat;
Quam frons & niveo rubore vultus
Gemmas semine a probant Cohertis;
Quam mens & Genu calens acumen
Admovere Choro decus virili:
Ut recte specimen seratur omnis
Virtutis; Columen futura certum,
Nec non aura serenior Penatum.
Qua servante domum, focum, torumq;
Omnem Conjugii vitam perennant;
Pax semper nova vita, mens quiesca,
Mores consimiles fidele pectus,

Compar sedulitas, pares honores,
Convictus facilis, disert a mensa,
Nox non auxa, sed soluta curis,
Non solus torus, attamen secundus,
Etas quæ videat levem senectam.
Ergo est, cur tibi gratulere mecum;
Quid es, esse velis, nihilq; malis;
Multos nec Tibi præferens, nec æquans,
Laudatissime Bromander, hæc quum
Sponsum te faciant beatiorum.

Amoris & honoris ergo f.
HENRICUS LINDNER
 Silesius.

IDYLION, 128 falli balobul
TRUX, malus, Aeria Vitem ALTAM evulserat Ulmo;
 (ÆMULA Nectaria Vitis honora Dapi!)
 Vinitor ut videt, ut dolet irreparabile Damnum!
 Cumq; spei sibi nil cerneret esse super,
 Supremum, illacrumans, meum habe hunc, mea Vitis, Ho-
 Dixit: & hac Cedri sub scrobe mollè cuba! (nozem,
 Paullò, non ita post, eluxit ubi, in vicem eidem
 Palo aptat Vitem æqvè Generosam aliam.
 Viderat hæc PIETAS, & congemebunda, quid? ultrà
 Desperas? ratio non TIBI PALMITUM erit?
 Quin ait, evulsa excisos de Corticè Vitis
 Congaudere fatu nobiliore, putes?
 Erigit edoctum his spes, ac tacite geritur Res:
 Quicq; ferat Vitem è Vite priore, datur:
 PLANTA, novella suos CULTORI ultrò exhibet usus,
 ÆMULA fr. Stirpi Traduce adaucta novo.
 Æmulus, Hanc, Illi, colat iste COLONUS! Honores
 Per Ganymedeos stabit Honora OVII!

DION VULTEIUS
 Lucanus.

IN UTRIUQUE SPONSI

NOMINA.

MMARGARIDI Sponsa est à Gemmis nobile Nomen.
 Et Sponsus PACIS nomina DIVES habet.
 Opar Nobilium pare Nomine & Omine AMANTUM!
 Certat in Alterius Nomine ut Omen idem!
 Quod si convenient, (voveo quod) Nomina Rebus,
 Felicem omnium eum quin rear esse Thorum!
 Ac quin? DIVITIÆ ex Gemmis; ex Divitiis Res,
 Ex Re Pax, ex Pace ipsa Salus petitur.

Unde sed illa? SALUTIS ab ipso AUCTORE, Thorum
Chunc qui
MARGARI - PACE - FERA & DITE SALUTE beet.

ita BUCRETIOR.

Nobilis Vr. Patric.

Familie

eterno mancipii nexu
addictis.

VALENT. LUDOVICUS Lignic.
humilimè & devotè vovebat
congratulabundus.

I.

L Ad te remora esse summe Bucreti,

Non est libido, sed tamen

Properare carmen posse festivum nego,

Lentor cerebrum prae gravat,

Ante ista concinnata mitto tempora,

Nova fingat Sponsus omnia.

Non ita me tristes rigidum cepere Catones,

Non ita Musaeis ebria charta jocis,

Ut nullos mi Sponse, quaeam effutare lepores,

Aversisq; tuam vultibus aspiciam

Sponsam, quae tanto tibi cor splendore serenat,

Ceu cum Luna vagum protulit os latebris

Celi

Caeli suspensus, astri hanc comitare chorea
Protenus, & taciti lumina sparsa poli.
Cernis ut ignoti mens praescia tota pudoris,
Purpureis blandum vultibus incaleat,
Occultosq; oculis furtivis spiret amores,
Mnemosynesq; avidas fixa trahat pateras,
Quae te corditrahis solabitur elanguentem
Fluctibus, & gratis implicitum stannulis,

At tu candida Sponsa nostra, virgo
Nimis mollicula, & nimis pudica,
Salve, & pelledidi rudis doloris
Nondum conscia, nunc ini maritas
Leges, ac Veneri medullis fugae
Lata fac hodie ut virago: nam cras
Tota dissimilis tui redibis.

II.

Ad Sponsum.

NON sum augur fateor, verum hoc praedico: maritus
Probabis & probabere.

MART. OPITIUS SIL.

B 3

Pari

Pari Conjugg.

Si vis nubere, nube pari.

E Dictum Domini Deiq; nostri,
Qui optatissima quæq; melle plena,
Nobis munificè quæ & hęc & illeic
Scit conducere, commodat; Maritam
Comparem voluit pari marito
Pari nubere amore, flore, more,
Et versim voluit suos amoreis
Parem scribere compari marita
Pari pectoris adprobatione,
Ex imis penitus favente fibris.
Tali conjuge fisa mens marita,
Tali conjuge fisa mens mariti,
Tutò nititur. O venustiforme!
O verè ter & amplius beatum!
Quo non foavius est, erit, fuitq;
Quo non laudibus ausibusve maestem
Connubjum mage quam vel hoc sodale!
Quo Sponsa est hera, stas puellularum
Sidus, & Veneris beata proles.
Vernans gratia, candor & volupta,
Fragrans delitium, Maris venusta
Pars desiderii sui perennis.
Quo Sponsus juvenum est politiorum

Herus

Herus, qui Cypria atq; Gratiarum
Dignus prole potest referre quondam
Puras delicias, amœnitates,
Risus, gaudia, basiationes,
Qua desiderium sua marita,
Fugi ambo studio suo decenter,
Si onus par tulerint, vices laborum
Pares, parva mora est loquimur: **OHE**
Successus parium nimis stupendus!

F.

IOHAN. CUNÆUS
Mariab. Borusfus.

ODE GAMICA.

A D

D. D. DANIELEM BUCKETIUM,

Sponsæ Parentem.

Triangulum, BUCKETI, hominum genus
Rectangulum dat. Rectus ei Deus,
Determinans utrinq; dia
Omnipotentè manu statutis
Creationibus cruribus & virum,
Et feminæ gentis imaginem,
Acutiores anguli qui
Sint hominum - trigono futuri,
Sed nec vir est vir, femina nec suum

Nomen

Nomen tueri ritè qvit, angulo
 Subtensa recto inter se acutum
 Linea donec utrumq; necstat;
 Subtensa, dico, Conjugii. Viri
 Tum nempè demum est femina, feminæ
 Perfectio Vir; quodq; ad istam
 Deficit alter, id alter addit:
 Mi Geometra nempè Triangulum
 Claudunt, & ejus lativagam arcam,
 Utroq; sexu, masculino
 Feminæq; replent abundè.
 Et Geometra jam TUA MARGARIS,
 Ejusq; SPONSUS dici Aphrodisii,
 DEOq; subtensum cupiscunt
 Ducere conjugale vinculum.
 Ducant & istud faustiter, & stilo
 Fecundiori; sicq; triangulum
 BUCRETIANIS margaritis
 Ritè novum replcant novellis,
 SAC. FRANCISCUS LANGER
 VratisL.

AD SPONSUM.

Margareta Rindfleischchen/
avaz.

Ein träslicher Smaragdt.

Q Væ DEÆ? quæ VÆ VENUS? quæ Nimfa aut Gemmula
 tanta?

Cujus Amorem ipsum traxit in æquor Amor?

Illæ

Illæ DEÆ illæ VENUSNE & Nimfa & Gemma BUCRET Lest?
 Cujus Amorem ipsum traxit in æquor Amor?
 Et metuisse salum vetuit, dulciq; periclo
 Fusfit & hei! fragili se dare velle rati.
 Certè illum Aetneis ussit præcordia Amorem
 Ignibus ignipotens Mulciber ipse suis.
 Cypriaq; ad flammam genuit, quam portubus orbum
 Non sedet Siculum Carpathiumvè mare.
 Fare age, cujus Amor quoq; Gemmiferum ivit in æquor,
 Unde sibi Gemmam MARGARIDENq; tulit.
 Anne VENUS traxit? quæ non frustra æquore nata est,
 Illaq; quæ certant cum nive colla DEÆ.
 Illa nitens niveo & Pario mage marmore destra,
 Quæ valis quæ speculum fert sibi blanda DEÆ.
 Anne DEÆ ad similes frontemq; oculosq; genasq;
 Siderios oculos, roscidulasq; genas,
 NIMFA mage? & roseæ facies placidissima Nimfæ,
 Illaq; nectariis fœta labella favis.
 Illi stellantes oculi, illa illa apta teneri
 Cervix, & crocæa crispula fila coma?
 An durum, vacuoq; paratum vivere lecto
 Cœpit prima suis GEMMULA deliciis?
 Illa, tuus præstans viridi cum luce Smaragdus,
 MARGARIS, illa tuam Marmor & Indicum ebur,
 Ecquæ agendum traxit? VENUS an NIMFA, an tua GEMMA?
 Illane an ista an & hæc, istane & illa simul?

Omnes

*Omnes, Namq; fuit, quæ traxit MARGARIS. Illa
GEMMULA-NIMFA-VENUS BUCRETIANA fuit.*

ADAMUS THEBESIUS Ligius,
ex Ædib. Bucretian.

Nuptiis Sponsi.

amabilis.

*S*ponsis, quæis Veneris sagitta vulnus,
Influxit grave, sed tamen suave,
Eja hymen, Hymenæe, dulce carmen,
Carmen jò! modulare nuptiale.
Juno, quæ Iovis es venusta conjux,
Te Sponsis facilem exhibe novellis,
Sponsis, qui virides tuas ad aras
Stant vinclo irresolubili ligati.
Fæve Cypria, nate tu Diones
O Cupido faveto, amoris ignem,
Pectore in tenero fovendo Sponsi,
Pectore in tenero fovendo Sponse,
Puella lepida, venustuleq;
Puella roseis genis decora,
Puella ingenio rubore bella.
Sic Sponsus citharam suam prehendet,
Pollice & tenero lyræ movebit,
Sic læta excipiet sonos amœnos
Sponsi, suavissonam lyræ moventis



Sponsa,

Mf. 41 183

D o m i n o

Dn. Friderco Haberman et Margaretas Rindfleischin,
sponsis lectissimis, amici gratulantur.
/Wrocław, Georg Baumann sen., 1616/ 4^o

Wrocław 30 545536

MICROFILM 35 mm
negatyw *1/1* **zwoj**
czytyw **zwoj**